



# Iuris Ciuilis concinnio-

RI ORDINE RECENS DIGESTI  
auctore Ioanne Imberto Rupellano, Fonteniensique  
causarum patrono sectio prima.



*Num. 48. Cap. 2. num.*



PICTAVIS,  
Ex officina Enguilberti Marnesij.

1558

~~COLL. SOC. IESV SALM. EX DONO REGVM~~

3

*I L L V S T R I S S I M O S V P R E M A E P A -*  
*rifienfis Curia Praefidi, & inchoe defuncti Galliarum Regis vi-*  
*dua heroina sereniffima Cancellario digniffimo D. D. Petro Sei-*  
*guerio Ioannes Imbertus S. P. D.*

**C**VM Methodum quandam Praefes ampliffime Iuris Ci-  
uilibis noſtra quidem ſententia, & vtilius, & concinnius  
quam qui antea id aggreſſi ſunt, a textu edere inſtituiſſem: me  
ab officio procul exiſtimavi diſceſſurum: eam niſi tuae ampli-  
tudini nuncuparem. Is enim es, cuius iudicium vnice hac in re  
ſemper duxi potiffimum. Nam ſicut vnus Antimachi om-  
nium vice auditorum ſemel fuit Platoni, ita tua perinde mihi  
eſt de hoc opusculo probando, vel improbando cenſura. Quip-  
pe qui ab incunte aetate literis humanioribus, & Iuris Ciuilis  
diſciplina apprime eruditus in Senatus illius forum auguſtiſſi-  
mum ſtatim te contuliſti: vbi permultis actionibus tuis ſplen-  
didiffimis, & acutiſſimis reſponſis incredibilem continuo na-  
ctus es nominis celebritatem: adeo, vt inter togati apud eam  
curiam ordinis *ἀρίστη πρώτη* ſis adnumeratus, & primas breui fa-  
cile conſequutus. Vnde in Triuuiratum iuri publico apud ean-  
dem curiam retinendo, & obtinendo conſtitutum, te Princeps  
aſſumpſit: & mox te in primaria iſtius curiae claſſe designauit  
Praefidem. Quorum in numerum adminiſtratione ſingularis  
tua virtus, induſtria, fides & doctriſina vbiq; gentium lucis inſtar  
meridianae longe, lateq; refulſerunt. Itaque praefantiffima illa  
heroina te in ſanctius ſuum cooptauit conſilium: & tandem  
Cancellarij ſui illuſtrauit dignitate. Quocirca conſilium no-  
ſtrum reprehenderit nemo: quod te veluti Ariſtarchum hiſce  
lucubratiunculis delegerim: *Εἰς εἶπον μὲν τείχεον διατίλαν.* niſi fortassis  
quod infra tuorum tot, tantorumq; honorum id ſit faſtigium:  
propterea quod ex noſtro Marte ſolum attulerim ſeriem: ea ta-  
men eſt iudicio noſtro: ex qua lucis pluſculum, & ad memori-

# Ioannis Imberti Rupel-

LANI, FONTENIENSISQUE

CAVSARVM PATRONI, IN PRIMAM IV-  
ris ciuilis conciniori ordine recens digesti sectionem

## Præfatio.

**C**VM virtutis, & officij splendor in eo sit maximus: nostri  
non solum vt negotij, sed etiam otij ratio in omni vita re-  
etè subducta unicuique eluceat: mecum accuratius reputa-  
ui, quo in studio quantum rei cum familiari, tum forensi superes-  
set temporis, id omne consumerem. Itaque quanque multa, & gra-  
uia, & utilia in philosophia sacra, & profana occurrerent: ac-  
quieui tamen in iuris ciuilis disciplina, utpote cui opera, cura, ab  
ineunte ætate semper impendimus plurimum. *Εγὼ γὰρ δίδαξα, ἵνα ἴ-  
ἐλατρίω χάριτι τὸν ἑμὸν πόδα τιθώμινα: κατὰ τὴν παρουσίαν γυλίσσας καὶ πειρίστας φάνομαι  
ἂ δὲ ἂ, παρ' ἀριστοφάνου. Εἰς αὐτὴν ἢ ἰκασίαν δὲ ἢ τὴν. Quemadmodum igitur*  
iudiciorum nostratum formulas in artem redigere conati sumus  
in forensibus nostris institutionibus: Ita consilium duximus iucun-  
dum: quo Ius ciuile eo ordine digestum, & concinnatum à nobis  
traderetur: ut si minus absoluta artis ratio à nobis prestari pos-  
set, ea saltem aliquanto propius ad perfectam methodum accede-  
ret. Hanc vero prouinciam cogitauit olim aggredi C. Iul. Caesar  
eloquentia, iuxta & militia peritus, efficeréque potuisset: si belli-  
cis quieta anteposuisset consilia. Sed & Aulus Gellius Marcum  
Tullium Ciceronem librum de Iure ciuili in artem redigendo e-  
didisse refert: tamen hodie non extat quantum ego, aliique à qui-  
bus est diligentissimè requisitus, compertum habemus. Atqui non-  
nulla in eam rem præcepta reliquit idem Tullius, in ijs libris, qui de  
Oratore inscribuntur. Ius enim ciuile (inquit ille) primum in ge-  
nera est distribuendum: quæ per pauca quidem esse affirmat. Deinde  
generum ipsorum, ceu membra oportet dissertiri: tum cuiusque  
vim definitione propria circumscribere. Ita perfectam artem Iuris  
ciuilis haberi magis magnam, atque vberem: quam difficilem, &  
a obscuram

# De origine iuris ciuilis,

ET OMNIVM MAGISTRATVM

ET SVCCESIONE IVRISPRVDENTIVM.

**F**ACTVRVS legum vetustarum interpretationem, necessa-  
rio prius ab vrbis inityis repetendum existimaui: non quia ve-  
lim verbosos commentarios facere, sed quòd in omnibus rebus  
animaduerto, id perfectum esse: quod ex omnibus suis partibus con-  
stat. Et certe cuiusque rei potissima pars principium est. Deinde si  
in foro causas dicentibus nefas (vt ita dixerim) videtur esse: nulla  
præfatione facta Iudici rem exponere: quanto magis interpreta-  
tionem promittentibus inconueniens erit: obmissis inityis atque o-  
rigine non repetita, illotis (vt ita dixerim) manibus, protinus ma-  
teriam interpretationis tractare. Nanque nisi fallor ipsæ præ-  
fationes & libentius nos ad lectionem propositæ materiæ perdu-  
cunt, & cum eo venerimus: eius euidentiore præstant intel-  
lectum.

Necessarium itaque nobis videtur, ipsius imprimis Iuris origi-  
nem, & processum demonstrare. Et quidem in initio Ciuita-  
tis nostræ Populus sine certa lege, sine certo iure primum agere  
instituit: omniâque manu Regis gubernabantur. Postea aucta ad  
aliquem modum ciuitate, ipse Romulus traditur Populum in tri-  
ginta partes diuississe: quas partes, Curias appellavit, propterea  
quòd tunc reipublicæ curam per sententias partium earum expe-  
diebat: & ita leges quasdam, & ipse curiatis ad Populum tulit.  
tulerunt & sequentes Reges, quæ omnes conscriptæ extant, in li-  
bro Sexti Papyrii (qui fuit illis temporibus, quibus Superbus De-  
marati Corinthii filius) ex principalibus viris. Isque liber (vt  
diximus) appellatur Ius ciuile Papyrianum: non quia Papyrius  
de suo quicquam ibi adiecit: sed quòd leges suo ordine latas, in v-  
num composuit. Exactis deinde Regibus, lege Tribunitia omnes  
leges exoluerunt: iterumque cœpit Populus Romanus incerto ma-  
gis iure, & consuetudine aliqua vti, quam per lata lege: idque  
prope vnginti annis passus est. Postea, ne diutius hoc fieret, placuit

a. Caius lib.  
i. ad l. duo-  
decim tabu-  
larum: &  
in l. i. ff. de  
orig. iur.

a. iij publica

Vt nullus ex vicaneis pro alienis vicaneorum de-  
bitis teneatur.

a. imp. Zeno.  
in l. Grane.  
C. vt nullus  
ex vicaneis.  
D. s. lib. xi.

**G**RANDE est non solum legibus, verum etiam equitati natu-  
rali contrarium, pro alienis debitis alios molestari. Idcirco  
huiusmodi iniquitates circa omnes vicaneos perpetrari mo-  
dis omnibus prohibemus.

Ac prima quidem haecenus explicata sit priuata-  
rum personarum quæ potestati alienæ subijciuntur,  
differentia.

PICTAVIS,

Enguilberto Marnefio excudebatur, mense  
Julio. Anno MDLVII.